
JOH. LAURENTIUS
RIPENSIVM EPISCORVM
SERIES & VITA


1591

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

L. N. 350.
42-53
4°
LN 350
ex. 3
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS
Kay Høegs eks.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

ANKER KYSTER

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

RIPENSIVM EPISCO-PORVM SERIES & Vita.

Tetraſtichis compræhenſa.

Per
Iohannem Laurentium Ripenſem, D. eiuſdem Collegij Canonicum.

HAFNIÆ
Excudebat Matthias Vinitor.
ANNO.
1591.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3



NICOLAVS KAAS
DE THORVP.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Kay Høegs Samling
1970.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

STEMMATE VIRTV-
TIBVS, DOCTRINA & DIGNI-
tate illuſtri atq; magnifico D. Nicolao Kaas de Thorup, regni Daniæ adminiſtratori Pri-mario, ſummoq; Cancellario: Domino & Mecœnati ſuo colen-diſſimo.

S.

I*Nter ſcientias vir ampliſſime, homini ingenio* apprimé dignas & neceſsarias, antiquitatis ſtudium haud poſtremum meretur locum. Hoc enim memoriam noſtram (Cicerone, maximo illo Romanorum Oratore teſte) cum ſuperiorum ætate contexit: et ne ſemper pueri ſimus efficit: Ignorare ſiquidem ea, quæ antequam naſceremur acciderunt, quid aliud eſt quam perpetuò eſſe infantem? Sed per hoc origines relligionum & gentium, earumq; progreſſus & euerſiones indagantur: Per hoc laudabilium principum, aliorumq; virorum excellentium dicta memorabilia, Conſilia ſalubria, rerumq; geſtarum euentus plerumq; fortunati: vt econtrà nefariorum & temerariorum impetus turbulentiores vel cœci: exitus autem inauſpicati & tragici; velut in Cebetis quadam tabula, ob oculos ſtatuuntur. Addo quod per hoc etiam, qui rebus geſtis nequaquam interfuêre, dum aliquid expeditè atq; eleganter memorant, ſupra cæteros intelligere & ſapere putantur. Hoc deniq; virtutes in admiratio-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

nem, ſcelera veró in extremam deteſtationem inducit: vnde ex poſteritate vel metus, vel celebratio, quemadmodum præclaré protulit Tacitus. Quos & complures hiſtoriarum fructus, olfacientes quoq; Ethnicorum eminentiſſimi quondam viri, ac ex Barbaris non abſurdi iudicij, frequentem in ſcrutandis earum monumentis operam cum iucunditate, ſummoq; cū emolumento impendebant. Nec defuerunt inter Chriſtianæ profeſſionis heroes, alijq; viri eximij, vel etiā num deſunt, qui ex ijsdem plurimum & delectationis & commodi hauſerint. Verùm deplorandum eſt multorum præſtantium hominum & rerum memoriam, poſteritatis vel iniuriá, vel negligentiá prorſus extinctam interijſſe. De qua re plurimos viros clariſſimos conqueſtos eſſe, & adhuc conqueri non ſine dolore audimus. Idem & parentem meum beatæ recordationis M: Laurentium Nicolai, ſuis accidiſſe anteceſſoribus, Vinulis nimirum, ſeu Burglauenſibus Epiſcopis pené omnibus, ſubinde indolentem puer animaduertebam. Ne veró eadem obliuionis iniuria, & Ripenſes noſtros præſules vlterius inuolueret, aut penitus tandem obrutos deleret: amicis nuper flagitantibus, impenſius autem D: Magiſtro Iacobo Matthiæ Velleio, Diœceſis Fionicæ Superintendente, Socero meo integerrimo (cuius fallere expectationem piaculum duxi) carmine hoc breui, ſingulorum ordine patriam, geſta principaliora, obitum, & ſepulcralis monumenti indicium, ſi non feliciter, ſinceré tamen, pro documentorum, præſertim collegij huius noſtri, aſſertionibus, fide magis conſentaneis, complexus ſum. Et quandoquidem ad multifariam eruditionem, qua

animum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

animũ tuum nobiliſſimũ luculenter adeó exornaueris, cognitionem vetuſtatis te coniungere, eaq; mirificé delectari comperiam: hæc qualiacunq; exareſcentis ingenij mei ὑπερβερεταῖα, Aceſſæi non expectata luna, amplitudini tuæ deferenda ſtatui. Ne forté ranæ inſtar Seriphiæ obmuteſcentem, diuturnius ſilentium, benemeritorum erga me tuorum, vel immemorem, vel (quod deteſtabilius eſt) ingratum conuinceret. Quæ tot tantaq; in me, inde vſq; ab initio curriculi, quod in ſtudiorum atq; doctrinarum ſpacijs ingreſſus ſum, collata agnoſco: vt haud verbis quidem adumbrari, ne dum anguſta hac comprehendi charta ſatis queant. Inter quæ, magna mihi voce potiſſimum prædicanda frequenter obuerſantur: quod anno á vertente hoc 13 nutanti Muſæ ſortisq; meæ rati, beneuolentia tua, tanquam ſydus aliquod ſalutare opportunius affulgens, regiæ munificentiæ fauonium reduxerit. Quo aſpirante conſtantius, curſum ad celebriora per nationes exteras, literarum Emporia, tutius atq; alacrius continuare licuit. Nec tamen me ſic beaſſe, genuinæ tuæ ſatis viſum fuit beneficentiæ, niſi & fontem liberalitatis ſuæ longo terrarum interuallo ſemotum, ſæpius & abundè deriuaret. Quid, quod intra patriæ deſideratiſſimæ pomœria pedem iam reducem vix tandem fixiſſem, ad occupandam in collegio hoc fortunam, iam anté diuiná mihi prouidentiá, regio decreto, ſed interceſſione tua deſtinatam: cum te inſtigante, maieſtas regia (cuius illuſtrem animam ſuperi beatitudine coronent perenni) me clementiæ ſuæ colloquio dignata ſit: vnde, te conſultore tamen, nouis reditibus & promiſſis, validi diplomatis, auguſtaq; manus ſuæ

 vigore

vigore confirmatis, auctum me ornatumq; abſoluit.
Prætereo, cum ad eiuſdem Maieſtatem, amœnis Fal-
ſtriæ in Teſquis tunc ſe venationibus recreantem, col-
legarum meorum conſenſu, amandatus appuliſſem:
in prædiorum quorundam permutandorum negotio
cum viro verè generoſo & ſtrenuo D: Petro Gulden-
ſtiern de Thym, magno regni Mareſchallo (cuius
quoq; incredibilẽ hactenus humanitatem expertus ſũ)
quàm benignè exceptum honeſtéq; habitum, tandem
demiſeris. Sileo etiam quando paulò poſt, ab incle-
mentia mortis, & coniuge amantiſſima, & ſobole
ſuauiſſima ſpoliatus, mœrore penè contabuiſſem,
quàm tu tantis in vulneribus (vt ſunt domeſtica om-
nium acerbiſſima, & plerumq; immedicabilia) præſen-
taneâ cõſolationũ dulciſſimarũ medicinâ me cõfortaſti
& animaſti. Sed ne fortè in verboſitatis reprehẽſionẽ
vel adulationis ſuſpicionem impingam, á prolixiore
benefactorum tuorum commemoratione hìc tempe-
randum putaui. Pro quibus tantum tibi viciſſim debe-
o, quantum hominem homini debere vix fas eſt:
Quorum igitur gratam vbiq; memoriam, donec ani-
ma hos vegetauerit artus, colam: & æternitati (mo-
dò vitæ vſuram cum ſoſpitate, indulgentia omnipoten-
tis aliquantulum prorogauerit) conſecrare conabor.
Cuius obligationis teſtes ac ſponſores, ſacros hoſce
proceres (inter quos & ex congentilibus tuis priſcis
nobiliſſimiſq; aliquot agnoſces) ad te nunc ablego.
Quibus vultu ſolito, id eſt ſereno, exceptis, ſi locum
in bibliotheca tua inſtructiſſima aliquem aſſignaueris:
ad alia quædam patriæ noſtræ communi in honorem
& emolumentum meditata, propediem in lucem pro-
ferenda

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

ferenda, mihi animum extimulabis atq; confirmabis. Interea perge obſecro vir inter optimates optime, eximia beneuolentia tua liberales diſciplinas & artes amplecti atq; promouere: conſtantiq; patrocinio & authoritate tua tam ampla, me, literarumq; & ingenuarum facultatum cultores reliquos (quibus deplorando hoc ſeculo Mecœnatem & aſſertorem præcipuum, diuinitus excitatum non dubitamus, & reſeruatum geſtimus) aduerſus eos qui noſtro ordini, vt accipitres Luſciniis fauent, tueri. Perge inſuper patriæ dulciſſimæ (quæ nunc ad gubernaculum ſuum te potiſſimum ſolicitis ſuſpicit oculis) religionem pietate tua fouere: leges æquitate expolire & vindicare; conſiliis, prudentià, aliisq; virtutibus heroicis, inclytam electi regis indolem, in tenellis adhuc annis illuſtrare ac ſtabilire: Incolarum deniq; ſalutem, indefeſſo ſtudio atq; magnanimitate ſartam tectam conſeruare. Glorioſiſſimũ á patriâ viciſſim deuotiſſimâ, mortalibusq; omnibus, amorem; á Muſis officioſiſſimis immenſas immarceſſibili cum laude gratias; poſt deſiderata vitæ huius fata á Deo opt: max: in Hierarchia cœleſti, beatitudinis remunerationem lucraturus ſempiternam: Vale. Ripis Cimbrorum 17 Aprilis, Anno reparatæ ſalutis. 1590.

Generoſitati & Magnificentiæ tuæ
Cliens addictiſſimus.

Iohannes Laurentius.

HISTO-

HISTORICI,

Quorum fide author in opuſculo hoc contexendo potiſsimum eſt nixus.

Annales Collegij Ripenſis.
Saxo Grammaticus.
Paulus Diaconus.
Amoinus Monachus.
Abbas Stadenſis.
M. Adamus Bremenſis.
Albertus Crantzius Hamburgenſis.
D. Chytræus.
M. Andreas VVellejus, Decanus Ripenſis.
Hiſtoria Gallica.
Functius.
Codices aliquot vetuſti, manuſcripti.

PRO.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

PROEMIVM.

EThnica Cimbrigenis defloreſcebat in oris,
Iam tādem īpietas, ſuperis miſerātibꝰ, ipſo
Pura ſalutiferi ſpargenteq; ſemina cultus
Anſgario: Ericus, puerì cognomine, ſceptro
Danorum, factisq; ſuis ſed maximus: æſtu
Percitus vt miro pietatis, conderet ædem
Lilifero, diuæ genitrici, in monte ſacratam:
Hic vbi cæruleis vrbs Ripa triumphat in vndis:
Quam ſtupet omnis adhuc ſeptem ſubiecta trioni
Poſteritas, reliquumq; futura ſtupeſcet in æuum.
Vndiq; nam vaſtos pario de marmore muros
Explicat, atq; arcus ſculptoris ab arte decoros.
Atria quid memorem ſublimibus alta columnis?
Aut quid hyperboreo fulgentia tecta metallo?
Quid turres? inter ſua quæ pinnacula condunt
Nubila, ridentes Phariæ miracula Memphis.
Iſta quòd inuitæ ſtent ſqualida pondera terræ,
Et modo barbaricum monumenta gementia faſtum,
Nunc fædis caueæ bubonibus atq; lacertis.
At contrà hic ſolidum decus, hic quoq; priſca pennāt
Commoda; nam dubijs quarum quæ maxima, nautis
Dira procelloſi maris euitare pericla,

Circa annum Chri: 848.
Saxo Gra: lib: 9. Crant: in Metrop: lib: 1. c: 78. . Adam. Brem: lib: 1. ca. 25. Chytræus in Saxonia.

A: C: 860.
D: A: VVelleius in Adam: Br: lib: 1: c: 26.

Vt breuia, & Syrtes, & ſaxa latentia monſtrat
Vertice: quò ſubeant lætis tuta oſtia velis.
Pectore ſed ſæuas tormenta vomentia maſſas,
Horriſono infeſtos quibus impete proterit hoſtes
Exerit: (arquatis hinc tot quod cingitur antris)
Pendula præualidis at coſtis, ſuſtinet æra,
Quæ tremulo quatiunt ſonitu compulſa virûm vi
Fundamenta vrbis, lata & vicinia, ſiue
Triſtia luctificis deplorent funera bombis;
Siue etiam lepidis totam concentibus vrbem
Ad pia feſtiuis inuitent ſacra diebus.
Inter quæ rutilis operoſa altaria ſtellis,
Et varia Eöis paßim donaria gemmis,
Spargere ſydereos radijs mirantur honores.
Nec minus harmonicis modulis imitantia cantus
Angelicos mulcent deuotas organa mentes.
Cuncta quis enumeret? neq; ſic contenta voluntas
Feruida magnifici vel larga potentia regis:
Multa ſed aßignat plenos penſura medimnos
Prædia, per varias & iura vigentia terras.
Succeßor quæ ſæpè pius ſtabiliuit & auxit
Irreuocabilibus ſummi per numinis iram,
Chriſticolamq; fidem, diplomata & inclita, votis.
Tanta ruiniferis quo fabrica poßet ab annis

Vulnera

Vulnera ſanare, & lapſum reparare decorem;
Et ne ſorte ſacri parca premerentur alumni,
Secura ſed mente DEO Muſisq; vacarent.
Atq; ſuis demum fas & reuerentia ſtaret
Debita præſulibus: Quorum, ſed ſtamine craſſo,
Texere fert animus ſeriem, vitamq; necemq;,
Priſca ſinunt quantum documenta, fidesq; iubebit
Credere, truncatis calami ſed acumine nugis.
Tu modò cœleſtis, conatibus annue præſul,
Docta cohors vatum, properæq; ignoſce Camœnæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

1. LEOFDAGVS A. C. 948.

Saxo lib: 10.
Ad: Brem: lib:
2. c: 2. & 16
Chytræ⁹ in Sax:

Alma Leofdagum fulgere biuertice mitra
Ripa ſtupet, primus dum noua ſacra facit.
Hunc Friſius produxit ager: ſed Cimbrica taxat
Cùm vitia, & zelo numina vana graui:
Turbà ſuperueniens iaculis incredula, myſtem
Mactat, vbi tentat per vada cæca viam:
Martyrio ſic dogma probans: miracula fama eſt
Ad tumulum varijs emicuiſſe modis.

Huic ſucceſsiſſe Fulbertum Saxo lib: 10. meõrat: ſed análes noſtri deſignatum tan- tum aſſerunt.

2. OTHINCARVS. A: C: 991.

De hoc Saxo lib: 10.
A: Brē: lib: 2.
C: 26. & 34.
Cognomento magnus ille fuit. quinq; regnorū poſſeſſor.

Sanguis Othincaro regalis contulit albo
Stemmata, ſed faſces orba caterua ſacros.
Ille ſua cohibens rabidos virtute maniplos,
Cultibus induxit tempora tuta pijs.
Hinc à rege (ſibi quod auunculus ille) Canuto,
Impetrat officio, iura petita, ſuo.
Proxima limitibus, Cimbros deſcernere certis
Cura: ſed hinc gnatum ſubſtituiſſe, fuit.

3. CHRI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

3. CHRISTIERNVS. A: C: 1019.

Chriſtiernus meritis ad culmina ſancta paternis
  Euehitur, Latio non renuente patre.
Namq́ prius genitor, Ripenſi cuncta cathedræ
  Quæ bona poſſedit, conditione dicat:
Quò ſacra nempè ſuos penes eſſet habena nepotes
  Iugiter, At ſtabilis non fuit illa fides:
Flamine nam (cuius memorantur nulla vetuſtis
  Facta notanda libris) hoc pereunte perit.

4. IARALDVS. A: C: poſt ſchiſma biennale. 1040.

Succeſſurus eras charo VValdmare parenti,
  Sed datur à leuibus mœſta repulſa viris:
At contrà externo ſacrata tiara Iaraldo;
  Fallitur augurio ſpes maleſuada ſuo.
Quas pietas congeſſit opes, nam diſſipat ille,
  Faſtu, delicijs, ambitione, iocis.
Sacrilegis templum manibus ſpoliauit vt ipſum,
  Perfida furtiuæ dat citò crura fugæ.

Gothicæ hũc fuiſſe originis ſunt qui putant.

Inter hoſce Valonem, & poſt hunc Oddonem ſurrogatum A: Brem: tradit. De quibus tamen in faſtis noſtris mentio nulla,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

Huius meminit Saxo lib: 13. Et Crantz: in Dania lib: 5. cap: 13. & 16.

Diro ſacra cohors monſtro laniata, Thuroni
Deſtinat exhedræ iura relicta ſuæ.
Quam varia aggreditur conuexi fornicis arte
Ornare, & mirum continuaſſet opus:
Sed reges bello inuoluens, & deniq; contra
Nicoleo Ericum, claſſica ſæua canens:
Cum reliquis, Scanos quos tunc armauit in acres
Cimbria, mitratis oppetit ille tribus.

Toconem nominans.

A: C: 1134.

6. NOTELIVS. 1135.

Notelij veteres ſi geſta notanda notaſſent,
Poſſet & iſta ſuis Muſa notaſſe notis.
Fama fidem ſparſit tamen hunc (ſi nuda meretur
Fama fidem) ſæuis conſtuduiſſe dolis.
Inſtinctuq; ſuo, nigrum exſtimulaſſe Plogonem,
Vt ferro regis rumperet exta ſui.
Sed famæ nil credo vagæ: perſæpè venenum
Stringit in inſontes, inuida lingua viros.

A: C: 1139.

Cædis huius mentionem facit Sax: lib: 13. Crant: in Dania lib: 5. ca: 19.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

7. ASCHERVS. 1141.

Nec minus Aſcheri (ſi quæ tamen illa fuerunt)
Grandia Lethæis facta teguntur aquis.
Fortè ſed eximios incuria lenta labores
Diſtulit Hiſtorijs inſeruiſſe ſuis:
Aut fera conatus fregerunt tempora, namq;
Concutit & ſanctos iſta procella viros.
Quid quòd propoſitum virtutis ſæpè benignum
Anticipare leui mors ſolet atra pedes?

8. HELIAS. 1142.

Flander, & á patrijs Helias mænibus exul,
Cuſtos ſacrata promtus in æde venit.
Principibus ſed grata viris, vbi facta locaſſet,
Strenuus altrici præſul in vrbe viget.
Ex olitore dedit victori exempla Suenoni,
Noxia qui celeri germina falce necat.
Vim contra hoſtilem, complura hinc munit aſyla,
Fertq; Leofdago buſta propinqua ſacro.

De hoc Saxo lib: 14. Et Crant: in Dania lib: 5. c: 29. A: C: 1150.

9. RA-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

9. RADVLPHVS. 1152.

† Primus hic eius nominis fuit Danorum Rex.

Inſula ſuſpecto deſertur ſacra Radulpho,
Anglia quem noſtris miſit amœna plagis.
Sed quia conſilijs † VValdmarum ſæpè potentem
Rèxerat, obiectum dilueratq; nefas:
Excipitur tandem: vitaq; habituq; ſolutum
Mox ſatagens clerum ſtringere lege ſuum.
Confectum curis, morbiq; vredine corpus,
Altare horribilis mergitur ante crucis.

10. STEPHANVS. 1171.

† Cœnobium hoc in Scania quõdam fuit famoſiſſimum.

A: C: 1176. kalend: Octobr.

Emta cuculigerum Stephanum ſuffragia cogunt
Deſerere † Herriuadi iura ſuprema gregis,
Et capere Antiſtes, quos fert venerandus honores,
Quòd probus, & quòd ab his, eſſet alumnus agris.
Grandior hìc vrbis, medijs pars arſit in vndis.
Arſerunt ſacris, & pia templa ſuis.
Luxit & is clerum cultus leuitate prophanum;
Cuius ad auſtrales eminet vrna fores.

11. HO.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

11 HOMERVS. 1186.

Ripenſis † Vinulo fit præſule, præſul Homerus,
 Lucius vt bullis iuſſerat ipſe ſuis.
Qui numero fratres duodeno clauſit, adæquans
 Præbendas totidem, queîs fruerentur, erat.
Auro aras radiare iubet, calicesq́, crucesq́,
 Argento ampullas, turibulumq́ ſuo.
Intulit & varijs præclara volumina ſcriptis;
Slauo arma: indè † Locus dat monumenta Dei.

† Paul: Diac: Vinulos vocat, q̃s alij Vinnilios, Venzalios vel Burglanenſes.

Saxo in fine lib: 14. & 15.

† Monachorum olim Domiciliũ, tertio ab vrbe lapide, Cimbris Lyom Kloſter: à quo prouincia Lyherrid appellationem ſortita videtur.

12. OLAVS. 1204.

VValdmarj ſolito dictata notare ſecundj,
 Mox decus Olao pontificale datur:
Fert pariter lacero donaria plurima templo,
 Amplificat ſolium lege bonisq́ ſuum.
At decimas plebem docturo pendere iuſtas,
 Pro decimis, lapidum grando proterua, venit.
Nemo ſed inuito perit vnquam Numine, tandem
 Huic quoq́ digna Dei fert Hypogæa Locus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

Ordinis arbitrio (non regis vt anteá) ſacri,
Præſulis arripuit munia iuſq; Thuo:
Preſbyteros ſocias vitæ abiurare coegit,
Atq; maritalis pignora chara thori.
Eſtonibus tandem victis, noua corripit arma,
Vlturus regis perfida vincla ſui.
At quia vertiſti peltam Dithmarſe, prementi
Lytra hoſti, noſtro ſed dedit oſſa choro.

A: C: 1227. Crantz: in Saxonia lib: 7. ca: 41. & in VVandalia lib: 7. ca: 8.

14. GVNNERVS. 1230.

Qui rata pontificum decreta, Deiq; ſtatuta
Nouit; Cæſarei ſtrictaq; iura fori,
Regis & ad placitum VValdmari condere leges,
Queîs Cimbri iuſtis ſtantq; caduntq; modis,
Ex Nemeſis verna Gunnerum Eccleſia ſenſit
Patronum, ſtudijs & ſchola cepta ſuis:
Collegis curam cuius quoq; poſtmodò ſanxit,
Hinc ſua membra Loco contumulanda Dei.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

15. ESGERVS. 1249.

Magnanimum patriæq́ ſuæ, regiq́ fidelem
Protinus Eſgerum conſona vota legunt.
Compulit Ericum, duce quo tunc ampla vigebat
Cimbria, rapta ſacris reddere iura locis.
Hinc furit Herculeas quatiens gens ruſtica clauas, A: C: 1256.
Nobilibus nimium pernicioſa viris:
Quam ſimul vt domuit, meritis fert præmia tantis,
Sed præceßori proxima buſta ſuo.

16. TYCHO. 1274.

Quem ſparſiſſe ferunt Damarum paſtor in agro,
Myſtica ſed plebi pabula Tycho ſuæ:
Ipſe laboriferis, vt Cincinnatus, ab aruis
Munia cum lacrymis, iußa retractus adit,
Quæ locuplete quidem cenſu dilatat, & ornat,
Supremum hinc noſtra clauſit in vrbe diem.
Nubifer horribilem turris dedit antè ruinam, A: C. 1283.
Comminuens miſeris tecta viroſq́ modis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

17. CHRISTIERNVS. 1288.

Per ſolita ad tantos ſuffragia ſcandit honores,
Sanguine Chriſtiernus nobiliore ſatus:
Fecerit ille ſcholas quanti, Puggardia monſtrat,
Et data cum varÿs prædia lata bonis.
A: C: 1301. 8 Kalend: 9bris. *Flammea tunc iterum Vulcani ſæuÿt ira,*
Depopulans validas funditus vrbis opes.
At cum rege ſuo Sclauorum vt contudit arma,
Cæruleo chorus hunc marmore noſter habet.

18. IOHANNES. HEE. 1313.

Cruda colant alÿ truculenti caſtra Gradiuÿ,
Pro mitris galeas, ſpicula proq; libris.
Relligioſa iuuant Venerandum templa Iohannem,
Et pax & ſtudÿs, docta caterua pÿs.
Ac ſua ne ſtaret dubÿs Eccleſia neruis,
Mille dedit patrum ſcripta polita fide:
Quæ ſimul & docuit, ſimul & ſacrata peregit
Officia: hinc placido fine ſolutus obit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

19. IACOBVS SPLITAF. 1327.

Strenuus hunc ſequitur Splitaſa ſtirpe Iacobus,
Seu lorica ſibi, ſeu toga ſumta fuit:
Nam violenta ſuis virtutibus arma repreſſit,
Holſatum Comitis, Cimbriacię ducis:
Hic VValdmarus erat, crudelis at ille Gerhardus
Vindice Randruſia cæſus in vrbe manu. A: C: 1340.
Inde patrocinio, regisq; vigebat amore,
Dextera Chriſtierno ſed modò tumba premit.

20. PETRVS TVRONIS. 1345.

Num tua dic aliquis lacerauit retia caſus?
Vel rimoſa tibi Petre, Carina fuit?
Aut tantum ad pelagus, nullis teris ocia curis?
Sed monet officij te Deus ipſe tuj.
Spumeus in totam Neptunus vt irruit vrbem,
Fluctibus inuoluens templa, domosq;, ſuis: A: C: 1362. in nocte B. Marcell
(Deucaleonæus quondam vt cataclyſmus) at vndas
Effugis, in ſicco poſt tumulande choro.

Magnos magna decent, Magnum miramur et ipſum
Nil magni magna conſuluiſſe manu,
Quod prodeſſe queat, vel delectare, valerent
Et faſtj æterno magnificare ſtylo.
Aſt vbi deſinimus laudanda patrare, viciſſim
Poſteritas ceſſat laudibus ipſa ſuis.
Sed nece præuentus, noſtra hic exſpirat in vrbe,
Poſt magnos linquens nomina ſola rogos.

22. IOHANNES MICHAELIS. 1369.

Stirpe boniſq́ potens, & acuta mente Iohannes,
Cura ornat Spartam fertiliore ſuam:
Plura redundantes ſoluentia rura medimnos
Legando cathedræ, parta valore, ſacræ.
†Margarin optatis dominam iuuat indè talentis,
Eſſent regali quæ reditura fide.
At noſter reliquis chorus hunc quoq́ miſcuit vmbris,
Nuda licet; nullas Parça mo[illegible]atur opes.

† Semiramis hæc Danica dicta, trium regnorum moderatrix.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

23. ESCHILLVS. 1388.

Nec minus Eſchillum virtus decorauit, & ortus,
Quàm quoq; magnificis ſors opulenta bonis:
Vſibus vndè ſuis & Margaris inclyta, puri
Marcarum argenti millia quinq; leuat.
Tunc Lyomæa ſacro ceßit prouincia iuri, A: C: 1400.
Firmaq; † Troiburgum, tunc Hypotheca ſtetit.
Sed noua preſbyteris poſtquam decreta tuliſſet,
Hunc Chriſtierne tibi tumba ſiniſtra tegit.

† Arx vetuſtate celebris, nunc ſedes nobiliſsimi D. Petri Rantzovv, ſplendiſsima.

24. PETRVS LYCKE. 1409.

Stemmatis antiqui Petrus generoſa Propago,
Quem fortuna ſuis vexit & alma rotis.
Hanc vbi nam varijs ſedem ſucceßibus, atq;
Firmaßet doctis, doctior ipſe, viris.
Archi dehinc præſul, Lundenſi fulget in vrbe,
Primatem agnouit Suetia tota ſuum. A: C: 1418.
Ad ſynodum patribus tandem per regna coactis, A: C: 1425.
Concluſit Canones relligione ratos.

Inter patres concilii Conſtantienſis & hic recenſetur. A: C: 1414.

25. CHRI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

25. CHRISTIERNUS HEMMINGI. 1418.

Inclyta Chriſtierno debetur gloria, caſus
Proq; aris varios, dum ſubit atq; focis.
A: C: 1443. Ad decimas populum, cum nobilitate frementem
Reppulit, & iuſtum † regis id ante thronum.
Raptanteſq; auſus manibus bona ſacra proteruis
Stringere in effrenos, fulmina dira, viros.
Mars ſed ei quæ damna dedit, rex iure rependit:
Ius tandem hac, rigidæ ſenſit in vrbe necis.

† Chriſtophori nimirum tertij.

26. HENRICUS STANGBERG. 1455.

Quis ſatis Henricj, quo ſtirps ſtanbergica quondam
Floruit, ampla ſtylo facta decente feret?
Palladia geſtans qui pectus ab arte politum
Munifico doctum fouit amore gregem.
Cauit & in clarijs niſi per trieterida caſtris
Sudaſſent, canonis ne ferat ordo, viros.
Religionem auxit normis, opibuſq; cathedram,
Hunc ſed auita, ſuo fornice, crypta tegit.

27. PE.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

27. PETRVS NICOLAI. 1465.

Quæritur Antiſtes humili cur plebe creatus
Fit Petrus? in cauſſa eſt ingenioſus erat:
Nec virtute minor, quam docta nobilis arte,
Nobilitant tenues, nam ſatis iſta, viros:
Diaq; conciliant magnatum pectora: ſic is
Et valido regis floret amore ſui.
Vt reliquis Patriæ mitratis mutua iunxit A:C: 1460.
Pacta, ſacrum Andreæ conditur antè typum.

28. HARTVICVS IVVL. 1483.

Mox ſubit Hartuicus, qui ſanguine cretus equeſtri
Iulia cui nomen gens dedit, atq; decus:
Cuius in orbe quidem virtus, & docta refulſit
Gloria, ceu cœco ſtella coruſca freto:
Vis pelagi, cataracta poli, populiq; rigores,
Tunc ſimul in ſolitis præualuêre modis.
† *Rex quia cunctatur, collegæ damna rependunt:* † Iohãnes hic erat eius nominis primus.
Inde ſub Auſtralem iuſta ſuprema crucem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

29. IVARVS MVNCK. 1499.

Sed prœ nobilibus decus admirabile Munckis,
Candida purpureis, ſunt quibus arma roſis;
Spontè reſignatas ab auunclo, Iuarus habenas
Suſcipit, ad Iuli iuſſa ſecunde tua.
Intimus hinc quatuor viget ordine regibus: ipſi
Et columen patriæ, deliciumq; ſuæ:
Vi tamen immitis cecidit necis: atq; ſtupemus
Eius in Auſtrali, marmora celſa loco.

30. OLAVS MVNCK. 1539.

Iamq; ſacrum eximio ſolium, iam mitra vacabat
Olao, patrui poſt pia vota ſui:
Dogmata ſed nuper præcone renata Luthero,
Romanæ turbant relligionis opus:
Namq; viam monſtrant aliam, meritumq; ſalutis
A: C: 1536. *Ac aliam populo, præſulibusq; fidem.*
Quæ ſimul amplexus, parens regiq; ſuisq;,
Abdicat Attalici ius, titulumq; ſtatus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

31. M. IOHANNES VVANDALVS. 1537.

Ecce reformati iam lux, & gratia cultus,
Sunt tandem miris creſcere viſa modis:
Papa ſed, & raſi fratres, tonſæq́ ſorores,
Cumq́ ſuis, veluti monſtra viruſq́ ſacris:
Vandale Goslarica prognate ſed vrbe Iohannes
Laxaſti vt ritus † rege iubente nouos.
Et tua gliſcentes rexit vigilantia cœtus:
Hinc ſummæ in media conderis ædis humo.

† Chriſtiano nempè 3. cui cognomentum pij & pacifici meritò tribuimus.

32. M. IOHANNES THAVSANVS. 1542.

Poſt varios caſus, poſt mille pericula vitæ
Pro Chriſto, patriæ proq́ ſalute ſuæ:
Dum ſtabili tumidos ſuperat virtute Sophiſtas,
Papicolamq́ fugat voce ſtyloq́ gregem:
Tanta hæc Thauſano, † rex munia deſtinat ipſe
Præmia pro curis, proq́ labore decus:
Et tamen hunc centro templi merſere gementis
Pro miſeris curæ, pro pietate labor.

† Et hic Chriſtianus ille tertius.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

Conſortem aſciſcit: ſuperisq́; fauentibus, apta
Tunc flammis medicina data eſt, tunc digna laborum
Præmia, & hinc regnum noſtris ſociantia regnis
Fœdera, gliſcentes & compeſcentia lites.
Henricus Iulius Brunsvvicenſiū & Luneb: Dux.
Dent ſimiles Henrice tuis Dux inclyte votis
Euentus: parili quando ſtimulatus ab æſtu,
Balthica tam cupidis nunc ad miracula velis
Incumbis, veterumq; operoſa palatia regum:
Elizabetha Frid: 2. F: priōgenita.
Regia quò viduos tibi Elizabeta dolores
Pellat, & illuſtri faciat te prole parentem
Sæpius, vnde tuis ſit Brunſuicenſibus, inter
Pax, amor, atq; fides Danosq;, Scotosq; perennis.
Deniq́; dent regnis placidiſsima tempora noſtris,
Legibus & florere ſuis, florere ſupremi
Relligione Dei ſincera: adoleſcere regem
Virtute & meritis, & maieſtate, potenti
Atq; manu addictæ ius dilatare Coronæ.
Nobilitati etiam conſeruent ſtemma, decusq;,
Et ſolida clero vitam pietate: cupitum
Multiplicent plebi lucrum: cunctisq́; ſalutem.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

Almindelig Bede dags Bøn

O Herre Almægtige himmelske Fader, vi elendige syndige
mennisker bekiende i største ydmyghed, og hiertens ånger
og ruelse, at vi haffve saa høylig fortørnet dig, og
opvact dig til at straffe os udi din vrede, og reffse
oss udi din grumhed. Vi bede dig, du vilde dog
see til vor store bedrøffvelse, og være oss naadig;
hielp oss, baade legem og siel [illegible], og icke
styre oss [illegible] længere eller [illegible] [illegible],
end vi det [illegible] kunde taale, og det for dine
kiære Søns J. C. vor Herris skyld allene. A.

Dine hellige Prophet beskriffver David
i den Siette Psalme.

O Herre, straf mig icke i din vrede, og
reffse mig icke i din grumhed.
Herre vær mig naadig, thi jeg er skrø-
belig: læg mig, Herre, thi mine been ere forfærdede.
Min siel er meget forfærdet, Ach du
Herre hvor lenge?

Dette h. Evangelium beskriffver Lucas
Evangelista. cap.

Der vaare og nogle paa den samme tid tilstede,
som forkyndede hannem om de Galilæer, hvis
blod Pilatus haffde blandet med deris offer.

Og Jesus svarede, og sagde til dem: meene I,
at disse Galilæer vare Syndere for alle Galilæer,
fordi at de lidde det? Nej,
siger jeg eder, men dersom I ikke omvende eder,
Da skulle I alle lige saa omkomme.

16 Dec.

2

Almindelig Bede d. Bøn.

O Herre Jesu Chr. end dog vi maa bekiende
for os alle, at vi med vores mangfoldige skyl-
dige Synder haffve forskyldt, at du skulde vende
dig vrendske fra os, og aldrig see til os mer-
re: Saa bede vi dog udi en stadig Tro, for
din dyre Fremdeshield og fortieniste at du vil-
de i naade og barmhiertighed vende dig
til os igien, vende og hielp os, paa det dit
allerhelligste naffn iblant os fremdelis kunde
blive, og vi udi vores Kaars og nød kunde kraft-
eligen trøstes og understøttes, her i den stridende
Christen Kirke, indtil vi endeligen blifve ind-
satt i den triumpherende Kirke, der dig, med
Faderen og den H. Aand, ad loffve og prise
evindeligen. A.

Den hellige Kirke beskrifver
David udi sin ditte Psalme.

Vendt dig, Herre, og redde min Siæl, hielp mig, for din barmhiertigheds skyld. Thi mand tencker icke paa dig i døden; hvo vil tacke dig i Helvede?

Jeg er saa træt aff Suck, ieg bløder min Seng den gandske nat, og wæder min leye, med mine grædende taarer.

Mit Ansickt er falden aff Sorrig, og er worden gammel, thi ieg haar angist allewegne. Dette S. Evangelium beskriffuer Lucas Evglista. Cap. 7

Der bad en aff Phariseerne Christum, at hand skulde æde med hannem, og hand gick ind udi Phariseerens huus, og sad til bords.

Og see, der war en Qvinde i Staden, som war en Synderinde, der hun fornam at hand sad til bords i Phariseerens huus, da bragte hun et Allebaster med Balsam; og stod bag ved hans fødder, og begynte at wæde hans fødder med graad, og tørre dennem med sit hoffuets haar, og hun kyste hans fødder, og salffuede dem med Balsam.

Men der Phariseeren, som hannem indbødet hafde, saae det, talede hand ved sig self og sagde: Der som denne war en Prophete, da wiste hand hvo og hvorden en Qvinde det er, som rører ved hannem: thi hun er en Synderinde.

Jesus sagde: for den Sags skyld ere hendis
mange Synder forladne, at hun elskte meget,
men hvilken som lidet forladis, den elsker li-
det. Och hand sagde til hende: Dig
ere dine Synder forladne. Da
begyndte de som sadde til bords med hannem, at
sige ved sig selff: Hvo er denne, som och forla-
der Synderne? Men hand sag-
de til Qvinden: Din tro haffver frelst dig.
Gack bort med fred.

ie 17 Dec.

3.

Almindelig [illegible] Bøn.

Gud Herre hellig Aand, giff oss nu allermeste Naa-
de, at vi dagligen io meere og meere, maa
afstaa all u-ret og u-retferdighed, hvorved
du mesten Guud krenckis, og vor Salighed forhin-
dris, men at vi og oss iffrer [illegible] den
som Saadant gjører, saa at alle vore Gierninger
[illegible] og [illegible], efter at du haffver
bønhørt oss, maa blifve til Ære, og Forfremme
dit Naffn, og det ved Jesum Chr. vor Herre,
som med Faderen og dig, du evig Hellig
Aand, lefver og regnerer, en sand Gud i
all Evighed. A.

Denne S. Texte beskriffuer David
i den Siette Psalme.

Viger fra mig alle I, som giøre Uret,
thi Herren haffuer hørt min graadis røst ;
Herren haffuer hørt min bønnemelse,
Herren vil annamme min Bøn ;
Alle mine Fiender skulle bliffue til skam-
me, oc saare forskreckis, vende dig tilbage,
oc vorde bliffue til skamme.

Dette S. Evangelium beskriffuer
Matthæus Evangelista. Cap. 7.

Der skal icke hver den som siger til mig: Herre,
Herre, indgaa udi Himmerigis rige, men alle
de giør min Faders villie, som er i Himmelen ;
Der skulle mange sige til mig paa den dag,
Herre, Herre, haffue vi icke Prophetered i dit
naffn? oc haffue vi icke giort mange
kraftige gierninger i dit naffn?
Oc da vil ieg vdi bekiende for dennem,
Jeg kiende eder aldrig, viger alle fra
mig, I som giøre Uret.

Bønn
efter Prædikenen

Vi du evigste, evige ewige Guud,
Fader, Søn, oc H. Aand, i du retferdige Guud
oc Skabere, milde Gienløsere, oc fuldkommen Hel-
liggiørere, du kundst ick vel alvorligen oc
strengeligen handle med os, di vi haffde so met
vor mangfoldige oc grofste synder [illegible]
fortient; [illegible] Herre, straff os doch
icke udi din Vrede, oc reffse os icke met
din grumhed [illegible], som de uændelige, oc
u-bodfærdige maa finde Dom forskreckt-
lige. Straff os [illegible] efter din barm-
hjertighed med maade oc naade, [illegible] vi
ick skal blive os u-skyldige, som vi, [illegible]
Herre, oc icke ere: Men din godhed
ick [illegible] os [illegible] Faders
bekiendt, oc [illegible] os naadig; [illegible]
[illegible] forskreckede [illegible], [illegible]
[illegible], oc forsikrede Sièle. Du vest, Gud
Herre, [illegible] vi ere, [illegible] derfor ick for-
[illegible] med din Vnaades [illegible], [illegible]
[illegible] Siel i [illegible] ick skal fortsile.

Ville vende din vredes plager, og ſtraf
oſ ike, ſom vi ſaa vel fortient: men
giv oſ naade nu i din vrede, at det
timelig onde, ſom vi dog ſkulle udſtaae,
maa bliffe oſ en beredning til det evige
gode, ved Jeſum, ſom vi dog ikke maa
forbedende med hiertens attraa, og begie-
ring, i aand og ſandhed, din eenbaarne
og elſkelige Søn, Jeſum Chriſtum vor
Herre, Amen; Hør oſ, o naadige Gud,
og Bønhør oſ, Amen, Amen.

Psalmi.

1 dies.

A. Aff dybsens nød etc.

W. Naar vi i største nøden etc.

2 dies

A. Allene til dig, H. J. Chr. etc.

W. Forlæ oss med fred etc.

3 dies.

A. Fra menniskens dichter nÿ etc.

W. Den [illegible] Gud med oss etc.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 350 4° copy 3